


Rector Academiae Rostochiensis, Georgius Radovius, D. Antecessor, Facult. Iurid. & Colleg. Senator. Senior, Ad Solennissimas merito Exequias, Viro ... Dn. Johanni Bacmeistero, Med. Doct. ... paratas, Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. sub Sigill. Rectorat. d. XXV. Febr. An. M. DC. LXXXVI.]

Rostochi[i]: Weplingius, [1686]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746969392>


Druck Freier  Zugang






...lac
...um
...gensis
...n.

Pl. 241. (1.)





RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
GEORGIUS
RADOVIUS,

D. Antecessor, Facult. Jurid. & Colleg.
Senator, Senior,
AD


Solennissimas meritò Exeqvias,
*Viro Nobilissimo, Amplissimo, Experientissimo
atque Excellentissimo,*

DN. JOHANNI
BACMEISTERO,

Med. Doct. Ejusdemq; ut & Super. Mathe-
mat. Profess. Celebratiss. Facultatisqve Me-
dicæ Seniori Venerabili,

A mœstissimis Liberis paratas,
*Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos, quâ fas
est humanitate atq; studio, vocat
atque invitat.*

—————
Rostochl,
Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Univ. Typogr.



FX quo viguit suiq; traxit
homines in admirationem MEDICI-
NA, non potuit tantis de incremen-
tis sibi gratulari unquam, ac hoc secu-
lo, quo, uti artes reliquæ scientiæq; om-
nes & literarum quarumcunque
studia ad celsiora surgunt, sic ipsa hæc
humana sanitatis effeëtrix, ita describit
eam Vossius (*de Philos. c. 8. §. 2.*), eni-
maximè ad fastigium fuit, illudque
propius indies feliciusque attigit, attingit. Initia si spectes, exi-
gua sanè sunt admodum; estque, Hippocrate & Strabone Auto-
ribus, *Origo Medicina ab experientia; experientia occasio à necessita-
te.* Augmenta dedit *consuetudo, quâ Antiquis temporibus agri sole-
bant in viâ exponi, quò rogarent transeuntes, eòdemne morbo labo-
rassent, & quâ ratione essent restituti.* Accessit mos alius à mor-
bo liberatorum. Hi enim, *quomodo sanati forent, siveverunt
conscribere, ac de ferre postmodum ad sacerdotes, ut in templi depo-
nerent Sacrario;* idque apud Ægyptios obtinuisse, testis est Plini-
us *L. XXIX, 1.* & Galenus *L. V. de Composit. Med. § VI. Epidem.*
Quamvis autem non defuerint deinceps Viri, ad pervolvenda
isthuc pertinentia omni cum studio animum adplicantes,
quamvis & talia invenerint, reliquerint, quæ hodiernum mi-
antur veneranturque illarum *Scrutatores rerum, fregère tamen
glaciem*

glaciem tantum posteris, & ad majora subinde cogitanda, ac excellentiora producenda præbuere ansam. Magnum inter ipsos, fatemur, nomen *Herophili*, qui, Tertulliano teste, *lib. de Anim. c. X. septingentos exsecuit*, quò redderet naturam sibi clariorem, *bo-mines*, (nam nec vivis, sed facinorosis, pepercit) *odit*, quò *nò* *scet*; idque tanti æstimatum Fallopio, ut *Ἐρφοδίωτιος* scripserit; *Contradicere Herophilo in Anatomicis, esse contradicere Evangelio*. Ingens gloria *Hippocratis*, quem Cornelius Celsus *omnis Medicina Parentem*; Octavius Horatianus, *Primum Medicum*; Seneca, *scientia Medicinalis conditorem* appellarunt; quem *tam fallere, quàm falli nescire*, dixit Macrobius. Eximia laus *Artorii Muse*, qui *cum ancipiti morbo Augustum liberasset*, statuam juxta *Æsculapium* promeruit. Et quid attinet recensere plures, nequaquam suis privandos elogiis, encomiis? (*vid. Voss. c. l. d. c. II. ad 14.*) Interim, qualia præ illis tamen temporibus his innotuerint nostris, is pervidebit facile, cui vel *Rei saltim Literariæ Historiam*, diversarum Gentium studio, non ita pridem tradi sic cœptam, ut multò faciliori nunc, quàm olim negotio, quid in quòvis ferè Europæ Augulo Eruditorum ingenia molantur atque præstent, cognosci cuique possit (ceu optimè præfatur *Dn. Lipsiensis* ad sua Acta) curatori oculo perlustrare non fuerit grave visum. Certè, si quando, hodiè in primis, valet præclara *Theodorici Regis Sententia* apud *Cassidorum*: *Inter utilissimas artes, quas ad sustentandam humane fragilitatis indigentiam divina tribuit bonitas, nulla præstare videtur ali-quid simile, quàm quod potest auxiliaris Medicina*; tam amplis, hodiè præsertim, quicquid contra recentiorum honorem suscipiat *Theodorus Jansonius* in *Inventis Nov-antiquis* (*vid. Act. mod. cit. sub Ann. 84. p. 556.*) est adminiculis instructa, tam certis consolidata observationibus, rationibus. Enimverò quanta etiam sit illa hujus seculi felicitas, quanti conspiciantur in *Medicis* conatibus successus, quantis superbire

adversus morbos *ἀγῆμασι* possint, istis qui studiis suam impendunt operam; experiuntur tamen in se ipsi, quâ omnisea perfectio labore tandem imperfectione. Est dictum jam pridem Medicis illud, *cura Te ipsum* (*Luc. IV, 23. de quò adag. vid. Crauser. in Phosph. N. T. N. 535.*); est à Poëtâ-Mathematico haud magis nuperius pronunciatum:

*Nec Mors sava ulli parcat, licet ipse Machaon,
Arte siet Medicâ.*

Neque poterit huic effato unquam, quo usque denique progrediatur Medicaminum notitia, poni obex. Equidem Perlas inter traditio viget (*referente ipsam Adamo Oleario L. IV. Itenerar. Persici c. 29.*) de excellente quodam Medico Casvini, cui Lokhmani nomen, quod is in senectute summâ lecto affixus, cum vitæ terminalia adesse perentisceret, tria porrexit filio vitra, succo repleta pretioso satis, monens, posse eorum beneficio reduci vitam in demortuum corpus, nisi jam putrefieri id inceperit: Effusô primò futurum, ut defunctus respiret; secundò, ut se erigat; tertio, ut resurgat, ambulet, vitæque denuò participem se demonstrat. Rem magni esse momenti, quam aperiat, parciusque proin tentandam, exercendam. Quid fit? Observat vocem Patris Filius, suamque differt specimen in mortem, expediendum demandans negotium servo; qui morem ubi gereret, primâ vice moventem, alterâ erigentem se conspicit Dominum, auditque inclamantem, ut pergat; quâ non speratâ tamen voce territus idem, prolapso in terram & diffractò vitro tertio, nequirit, quod iussus erat, perficere, nequirit ex mortuorum numero eripere Dominum. Ita Persâ de Medico, vitæ restauratore. Ceterum quis non videt aut schedâ habere opus (veluti in proverbio dicere nos solemus) relationem, aut Diaboli-

bolicas glaucoma seruo objecisse præstigias; cum non
alius sit ex morte revocare hominem, quàm Dei; non
alius à morte quæpiam diutius pronunciare liberum ac
ejusdem, cujus sub manibus omnipotentibus sunt om-
nia. Si potuisset ille Medicus per aquas suas restituere
spiritum, qui jam excesserat, potuisset procul du-
bio eundem retinere antequam excederet; potuisset,
inquam, vitæ terminum præfigere suæ longiorem.
Quod omne absonum. Nisi verò & ii ipsi, ingeniosi
utpote fabularum Artifices, traditione isthac idem, quod
nos asserimus, suis insinuare voluerunt, nullam in hortis
herbam deprehendi, mortis vim inhibere penitus valen-
tem, nullam in promptu esse Medicinam, cujuscun-
que sit efficaciam, quæ non à malò vehementiori inter-
dum superetur: Ipsos tandem Medicos cogi, ut succum-
bant hosti, cui in aliis sapius prosperèque resisterunt.
Utinam nostri hodiè non esset officii, Medicæ non saltim ex-
cellentiam, quod malleus semper, sed & Mortalitatæ cheul
allegare & in medium producere, exemplum **MEDICUM**
NOSTRUM SENIOREM! Utinam atque iterum utinam
nondum inter vivos recenseri desisset, cujus mortem
tot fletibus deploramus, cujus discessum tot desideriiis pro-
sequimur, *Vir omni laude cumulatus, Nobilissimus,*
Experientissimusque **DN. JOHANNES BACMEI-**
STERUS, D. Professor, Poliater per plures annos
Celebratissimus, Meritissimus, felicissimus, Collega No-
ster atque Amicus Coniunctissimus. Gauderemus adhuc
Anatomico, Physiologo, Botanico, Chymico, Thera-
peuta, & qui horum prælustrium titulorum sunt plures,
verè consummato; gauderemus pectore, in quo veteris
pariter ac novæ Jatrices recondita erant condita, nulli,
A 3 cuj

huius ea nosse aut volupe aut opus, abscondita; vivo vivida
hujus avi doctrinae Compendio; Gauderemus Viro rerum
Academicarum apprimè gnaro & studiosissimo; quem
nunc lugemus, nunc consternatâ mente, tristi fronte, que-
ribundò ore, nostro ex Consortio dimittimus; nostrâ ex
memoriâ dimitemus nequaquam. O dolorem! ô ja-
cturam, quam denuò fert Alma Mater Nostra: Quæ post tor-
THEOLOGORUM ac Jctorum spectata, nec abs-
planctu terræ concredita funera, jam intra breve tem-
alterum deflet Medicum, Pœona æstimatissimum. Ade-
CIVES, spectate nobiscum hóc ipsò die illum, cujus e-
dem nostris sustollitur planè oculis corpus, tantarum vir-
tutum ac scientiarum receptaculum, quò animis ipse
inprimatur fortius, impressus subsistat post fata certius.
Considerate ingressum in Mundum, contemplamini cur-
sum per mundum, speculamini egressum è mundo, & qua-
lem amiseritis Medicum, quam insigne Academiae Decus,
penitus perpendetis. Ingressus in Mundum anno con-
rigit hujus seculo **XXI** Vtò, qui Martino Becano, Marco
Anton, de Domin. & Thomæ Erpenio emortualis fuit, die
XXXI. Octobr. *Patrem* habuit Nobilissimum, Experien-
tissimum atque Amplissimum **VIRUM DN. MATTHÆ-**
UM BACMEISTERUM, Phil. & Med. Doct. splendidis-
simum, Serenissimi Ducis inferioris Saxoniae, **AUGUSTI,**
Gloriosæ Recordationis, Archiatrum, ut & per plures annos
Physicum Luneburgensem, magnis meritis, cum viveret,
conspicuum; *Matrem*, Nobilissimam omniqve decore
commendatissimam Matronam, **SOPHIAM Keller-**
mans. His, scilicet, Parentibus oriri debuit, ut conspi-
ci in stipite confestim posset, quid aliquando abs hoc sur-
culo expectandum foret, Neque tamen Minor gloria
Majo-

Majorum, à quibus per hos Genitores suos duxit sangvi-
nem. En enim quantus extiterit *Paternus Avus!* Is
fuit Maximè Reverend. Amplissimus Excellentissimusque
VIR DN. LUCAS BACMEISTERUS, Lünebur-
genfis, SS. Theol. D. famigeratiff. & sub initium Sereniff.
DOROTHEÆ, CHRISTIANI III. Dan. Regis
Vidua; à Concionibus Aulicis, dein int. Celebris hác ac
perantiqua Academ. Theologus Professor, perqve XLVI.
annos Pastor Marianus, ut & post obitum B. D. Sim.
Pauli Sperin. dexterrim. vigilantissimus; Junctus de-
coratissimæ lectissimæque Feminae, JOHANNÆ Bør-
dings, *Avia Nostri Paterna.* En etiam quantus exti-
terit *Avus Maternus!* Vir Nobiliff. Ampliff. Consulcissimus,
DN. JOHANNES Kellermann / primùm Judicii Pro-
vincialis Proto-Notarius, post Consul Urbis hujus Ma-
gnif. sociatus Nobilissimæ honestissimæque Feminae,
DOROTHEÆ Jüngelings / *Avia Nostri Paterna.*
Utqve altius ascendamus, meretur sua quoque Præco-
nia *Proavus Paternus*, Vir eximius spectatissimusque DN.
JOHANNES BACMEISTERUS, è Civibus Lü-
neburgensium primariis, LUTKEN (Ludovici) BAC-
MEISTERI, Serenissimi Brunsvico-Lüneburgici Ducis
Ministri fidelis, & ob benè gesta BACMEISTERIANIS insti-
gnibus primùm honorati, Filius; agnoscens uxorem,
laudatissimam Feminam, ANNAM Lubbings /
DN. MATTHÆO LUBBINGIO, & Dominâ METTE
KRAUSEN, Patriciis Lüneburgensibus, satam; No-
stri *Proaviam Paternam.* *Maternum* verò *Proavum Pa-*
ternae lineæ quod spectat, eminet Vir Nobilissimus,
Experientissimus atqve Excellentiff. DN. JACOBUS
BORDINGIUS, Phil. & Med. D. inclusus primùm in
Gallia Gymnasii Carpentoratenf. Græcæ Lingvæ Prof.
post

post Physicus Hamburgensis; ulterius Universitatis hujus per septennium Professor Medicus, Serenissimorumque Mecklenburgi, Ducum HENRICI PACIFICI, & JOHANNIS ALBERTI Archiater; Vocatus denique in Regiam Hafniensem Academiam, ut pariter ibidem & Medicinam profiteretur publice, & duobus Potentissimis Regibus CHRISTIANO III. & FRIDERICO II. à Consiliis Medicis esset; in quibus omnibus talem se præstitit, qualem expetierant, donec ann. 1650. Magnificerens Rectoratus Sceptra, hæc terrena relinqueret, in qua Antverpiæ introierat, natus Nobilibus satis Parentibus, DN. NICOLAO BORDINGIO & ADRIANA ADRIANÆ. Splendet Proavia Materna, Paterna *linea*, Formosissima Femina, FRANCISCA NIGRONA, DN. THERMI NIGRONI, Patricii Genuensis & JOHANNÆ de ROCHELLE, Patritiæ Avenionensis, Filia Primogenita. Nitet Paternus Proavus Materna *linea*, Vir optimi Nominis integræque fidei, DN. JOHANNES KELLERMANN, Civis Rostochiensis æstimator: Proaviaque Paterna ejusdem *linea*, Nobilissima Matrona, ANNA RIEKEN, ex antiquâ BESELERORUM familiâ oriunda. Effulget tandem Proavus Maternus Materna *linea*, Vir, Mecklenburgi Sereniss. Ducibus, JOHANNI ALBERTO & ULRICO apprimè charus, DN. BERNHARDUS Jüngeling / post probè exornatam Secretariatus spartam, Monetariæ, quæ tum temporis apud Wismarienses & Gadebuschenfes vigeat, rei clementissimè constitutus Inspector; DN. NICOLAI Jüngelings / meritissimi Neo-Brandenburgensium Consulis Filius, ELISABETHÆ Kupfferschlägers / & DN. HERMANNO Kupfferschläger / Cive Westphalo,

phalo progenerata Maritus. Hi sunt illi, in quos retulit
suam originem Noster, quorum semper memor, id sibi
operæ datum esse scivit, ut propriarum etiam augmento
virtutum clariorem adhuc reddere clarissimam alias prosa-
pnam niteretur. Tametsi verò magnum est, abs magnis
posse præclarisque hominibus suos natales derivare, tametsi
non exiguum in Patria hanc lucem aspicere, suis eluce-
scente laudibus, qualis erat Nostri, excellens Luneburgum;
cum tamen non sit certa nobis in tellure habitatio, cum
longè major, imò maxima dignitas, in Dei filiorum nu-
mero censeretur, oportuit *ὄν μακροχρόνιον* carnali nativitate, ex
aquâ renasci & spiritu, ut summum omnium rerum Do-
minum Patrem appellare suum, Patriæque cœlestis certam
olim possessionem sibi polliceri posset. Quo quidem in
negotio, necessario maximè atque salutari, tantum abest,
ut in se Parentes Optimi desiderari quicquam paterentur, ut
nomine potius JOHANNIS gratioso, singularis divinæ gra-
tiæ eundem admonere, atque incitare vellent, ne unquam
quicquam ad eò ac cœlicum hunc thesaurum adamaret, & esti-
maret. Neque omisisset porrò, quæ suarum esse partium
probè nôrat, filioli hujus in amplexibus sedulus Pater, nisi
præmature nimis, videl. Jan. die Ann. 1626. tam dulci ere-
ptus pignori, in viduam Matrem curam devolvisset omnem,
antequam svavissimus hic JOHANNES primum quadratè
secundi anni ad finem perduxisset. Ita ne nôsse quidem
debebat eum, quem esset cum annis ex asse redditurus. Quid
hoc in luctu posita Mater? Ad fratrem se confert Nobilissi-
mum CHRISTIANUM KELLERMANNUM, Jctum
& Patricium Rostochiensem, abs quo & (utpote cœlibe per
dies vitæ) benignè cum suis excepta paternèque sustentata
fuit. Nostrum imprimis quod concernit, ut bonus in-
pietate inque literis evaderet bonis, à teneris confestim
ungviculis de Præceptoribus ipsi prospectum privatis,
B è quibus

Equibus superest adhuc per Dei gratiam Vir Pl. Rev. atqve
Ampliff. DN. JOHANNES NICOLAI, Lubecæ Pastor
Petrinus vigilantissimus, Theologiæ tum Studiosus. Atti-
geratqve isthac sub formatione nonum forte annum, cum
consilio Matris & Avunculi Lubecam iret, ut Celeberr. Re-
ctoris, JOHANNIS KIRCHMANNI, non minus, quàm
Cl. Con-Rect. M. SEBASTIANI MEJERI, hujusque in
Gracâ præsertim literaturâ, sincero uteretur ac felici du-
ctu. Quod & eo cum successu factum, ut, ubi per novenni-
um Doctores hosce audiisset, Amitini ante alios sui, Pl. Rev.
M. JACOBI STOLTERFOTHI, Ecclesiastæ Lubecens.
Laudatorumqve hætenus Virorum svasu, jucundissimo
Fratri DN. M. LUCÆ BACMEISTERO, ad Witebergen-
sum Theologorum, WILHELMI maximè LYSERI, se-
denti pedes, ex voto jungi posset; in frequentandis SPER-
LINGII Philosophicis, SCHNEIDERI Medicis Lectionibus,
publicis ac privatis, quàm esset cupido discendi animo, de-
monstrans illic per bienniū. Quò exacto, postquam & Dnm.
Lipsiensib. innotuisset Medicis, domū, volente Matre, redux
Præceptores coluit, STEPHANUM SCULTETUM, & JO-
ACHIMUM STOCKMANNUM, Viros ut in aliis, sic in
Medicis omninò Artibus nulli secundos. Post annum hic,
ut fas erat, egregiè impensum ad GRYPHICOS contendit,
abs his porro ad LUGDUNENSES, quorum Celeberr. Vir-
ris, OTTONI HEURNIO, ADOLPHO VORSTIO,
ALBERTO KYPERO, ANTON. von der Linden/ A-
ADRIANO FALCOBURGIO & JOH. WALÆO tam con-
stanter adhæsit, ut non abiret abs ipsis, nisi DOCTORIS
auctus titulo; quem A. 1648. habitâ prius sub laudati HEUR-
NII, Med. Practicæ, Anatom. & Chirurg. Profess. ejusque Pri-
mar. Magnif. t. t. Rectoris Præsidio, Inaugurali Disputatione
Medicâ de SPASMO, dignissimè cum adplausu Bonorum o-
mnium indeptus est. Abiit eò impetrato ad Anglos, & his
visis

visis reversus in Belgium, præclariora lustravit loca, donec Ham-
burgum eligeret futurum domicilium, ejusdemque moenia hæc
mente lætus intraret, familiaritatem sibi acqvirens Magni Me-
dici, DN. BERNHARDI **Langwedels** / Illustriss. Ducis Saxon,
infer. Consiliar. & Archiatr, ut & Poljatri Hamburgensib. sin-
gulariter honorati, æstimati. At neque tamen admodum diu
abs se remotum ibi vivere filium passa fuit Mater, quæ invitavit
potius ipsum ad Medicam inter Rostochienses Praxin, idque cura-
vit, ut An. 1649. Mens. Sept. cum Nobilissimâ omniq; virtutum
ornamento fulgidissimâ tum VIRGINE, Amplissimi Pruden-
tissimiq; VIRI, DN. **DIEDERICI Wulfraths** / Camerarii
Rostoch. meritissimi, Filia natu maximâ Conjugium iniret, for-
tunatum non minus quàm fecundum; utpote ex quo Unde-
cim liberorum Pater factus, quorum septem adhuc per Dei
gratiâ in vivis sunt, tres videlicet filii, DN. L. JOHANNES; h. n. I.
Sereniss. Ducis Wurtembergico à Consiliis Aulicis & Sveyici Cir-
culi Secretar. DN. JACOBUS ADOLPHUS, Illustriss. Can-
cellariæ Stutgardiens, Registrator, VIRI, suis laudibus emi-
nentes & conspicui, DN. MATTHÆUS DIEDERICUS II.
Philos. & Philol. Stud. eò allaborans, ne relinqvat trita probè ab
Antecessoribus vestigia; quatuor Filia Virgines, nitore & Vir-
tutibus ipsarum Sexum condecensibus eximia, ANNA SO-
PHIA, FRANCISCA HEDEWIG, DOROTHEA MAGDA-
LENA, MARGARETHA ELISABETHA omnes luctuosissi-
mè hoc charum Caput, hunc providum, beneficum, ubi-
que gratum & acceptum Parentem suum deplorantes. Qua-
tuor autem prævivere ad æterna gaudia, SOPHIA HEDE-
WIG, MATTHÆUS DIEDERICUS I, JOHANNES II. uter-
que in infantia mortuus, INFANS denique in partu extinctus.
Et duravit hoc matrimonium propè per XXVII. annos; quan-
doquidem d. 7. April. Anno. 1676. Viduum fecit Nostri ro-
rum Conjux dilectissima, desideratissima; quam fidam malu-
isset ad vitæ finem usque sociam, quam Decus & solamen
Dõmûs præoptasset perpetuum. Interim excepere initia illa

Rostochiensis progressus non infausti. Vix enim per quadri-
ennium fortè hic substiterat, scùm post secessum Beati ac su-
perius laudati DN. D. STOCKMANNI, Professio ipsi Me-
dica cum Physicatu Rostochiensis offerretur, cui utriqve mune-
ri rectissimè præfuit ad annum usqve huf. sec. LXV. qvò No-
biliss. Experientissimusqve DN. D. CASPARUS MARCH,
Med. & Super Mathem. Prof. Ducal. ad novam Kiloniensium
Academ. se conferebat; huic enim surrogatum Nostrum gra-
tiosissimè voluit Novembr. Mense Sereniss. Princeps ac DN.
CHRISTIANUS LUDOVICUS, DN. ac Nutritius Noster
Clementiss. Cancellar. Magnificentiss. At non novum, no-
vum licet à officium evectus, sed eundem planè i.e. inde-
fessum atqve accuratum se exhibuit Beatus; editurus etiam,
qvæ jam vulgârat Pater Optimus, Francisci Joëlis opera, va-
riis illustrata notis, nisi clam subductis, qvas per primum ab-
solverat Tomum, avocatus esset à labore, non, qvâ sub ini-
tium cum jucunditate, si semel scripta interierint, iterando.
Ut alia taceamus obstacula, qvæ sive praxis (nam expetitur,
deprehendebatur ægrotis Asylum) sive capitis injecit affectus
qvòcum subinde conflictatus fuit. Gessit præcipuè etiam
curam boni publici, cui erat non minùs, qvàm privata lan-
gventium saluti natus. Sexies Academiae tractavit Gubernacu-
la Rector, semel Pro-Rector, sub Rectoratu B. ANDRÆ AMSE-
LII, Nobiliss. Consultiss. Viri, A. 1682. Sapiùs Decanatu functus
est, aliquoties infulâ Doctorali eruditos in Medicina Juvenes
ornavit. Ann. 1583. quintum Rector, primus Magnâ cum so-
lennitate in Majori Auditorio reparato inauguratus, non mul-
tò post, ut constitutum erat, habuit Senior Facultatis Disputa-
tionem de Oculo. Qvæ ceterum præstiterit in ordinandis re-
bus, maximè Convictorii, ea novimus omnes, omnes memori
servabimus pectore, deprædicabit nobiscum, si qvæ futura est,
posteritas. Laudabit Virum, cujus candor non fucatus; studium
undiqvaq; probatum; desiderium, florentem videre Aca-
demiam; Virum; cui nil defuit, nisi major vitæ diuturnitas.
Sed

Sed est redeundum à factis, à meritis æternum victuris ad fata.
Et heu! quod floridam hanc afflixit, devastavit urbem A. 1677.
d. 11. Aug. id ingens quoque; damnum attulit Nostro, Magnif. tum
Rectori, quem ut Domò aliisque; bonis, sic Bibliothecam præfer-
tim auctiori spoliavit incendium. Vixerat tunc per biennium
Viduus, dolori igitur consulturus tandem, novam elegit sibi
conjugem Nobiliss. Feminam, MARIAM, Nobiliss. Consultif-
simique; Viri, DN. CHRISTIANI von Thinen / J. U. D. & Pract.
Viduam, Nobiliss. quoque; Ampliss. atque; Excell. Viri DN. JOH.
HENR. MEIBOMII. Phil. & Med. D. Excellentiss. & abs Helmst.
Professione Lubecam vocati, perque; XXVI. Ann. ibidem meri-
tissimi Physici, Commendatissimæque; Feminæ ELISABETHÆ
Oberbeggs / Oculissimam Filiam. Celebratæ sunt Nuptiæ
d. 23. April. A. 1678. omine non infausto, sed dissolutum rursus
vinculum per insperatam novi hujus delicii ad meliora, quæ in
cælis sunt, translationem; factam derepentè A. 1683. die 25. Jun.
Ex illò tempore in curâ acquievit delectissimarum Filiarum so-
lertissimâ, gratulatus sibi animitus de ipsarum deque; Filiorum
incrementis, maximè cum natu maximum, Dnm. Consilia-
rium, L. JOHANNEM, ante annum hic exciperet præsentem,
rursusque ad aulam illustrissimam, Comite Filia FRANCIS-
CA HEDEWIG, dimitteret. Obvenère interea symptomata
nonnulla, sed remediis sopita efficacibus, donec novem an-
te septimanas is eum dolor aggrederetur, cui tollendo nulla
tandem Medicina, nulla amantissimorum Liberorum sedulitas,
quæ etiam quamque; fuerit laudabilis par sufficiensque; extitit. Do-
cebit Spectatissimus Gratiostimæ Medicæ Facult. Dn. Decanus
in Progrâmate suo totius morbi historiam; dum nos dissimulare
nequimus, ut ad mortem se præparaverit, ut ipsa ultima adie-
rit. Summas quæsiuit, invenit delicias in piis Canticis, san-
ctis Suspiriis, moventibus Dictis, interque; hæc, totus ad Deum
conversus, fortissimè sustinuit, vicit omnia. Loquetur pro
nobis Vir Maximè Reverend. Ampliss. atque Excell. DN.

pens, valeqve omnibus humanis dicto, suum expectabat salutare, cui animam tuto concrederet, inqve ejus morte vitam eternam consequeretur, quibus me cum sui desiderio tristissimum ultimaque mea meditantem moribundus dimisit. Atqve sic, ubi divinam suis, cum posset adhuc, adprecatus esset gratiam, ubi Filii præsertim Minoris vices doluisset, quod carendum jam ipsi sit in fundamentis Medicis informatore Patre, ubi ista egisset, quæ abs piè moribundo expectare superstites queunt, seq; unice T. O. Numini commendasset, eam evolavit in sedem sanctissima anima, die 15. Febr. secundam inter tertiam q; matutinâ horam, in quâ æternum nunc triumphat, inter amplexus Medici, quò non est certior, non superior, Vis totam superatorum Annorum summam? unum absolvit supra sexagesimum Mensesq; quatuor, Vir, vitâ, si daretur in terris ac exoptanda esset, immortalis dignissimus. De Thomâ Fieno notum, Medico non incelebri, quod dicere fuerit solitus, *expertum atq; eruditum Medicum non posse decorè & sine infamiâ artis ante septuagesimum annû vitâ decedere.* O si ad istum usq; terminum Beato nobis frui licuisset, quem eruditum pariter ac expertum cognovimus omnes! O si nostris adhuc conventibus, consiliis adesse, si suspirantium ægrorum desideriis adhuc ire obviam posset, quàm foret nobis læta, quàm jucunda hæc dies, ad cujus atram nunc solennitatè non absq; luctu invitamus, Mortuus est Fienus jactor, LXIII. ætatis Anno, quem Climactericû vocamus Magnû; neq; etiam ad eum pervenire Nostro datum est, sed non Majora, ac decebat, præsumenti, verum id meditati semper, quod obtrigit, soloq; abs Deo, non abs artis suæ principiis metam vitæ sibi promittenti. Qvalis existeret quantusq; Medicus, vidit nullum Aphorismum veriolem esse, quàm hunc: Morimur tandem tempori & nascimur æternitati. Promptus ergo reliquit tempus, promptus festinavit ad secula, in quibus non prius, non posterius. In morbi insultibus acerrimis medendi rationem optimam, in capiente incrementa languore vires fortissimas

FRANCISCUS WOLFFIUS, S. S. Theol. D. & Prof. Publ.
& ad D. Mariæ Past. meritiss. Dn. Collega atqve Amicus Noster
honoratissimus, cujus transcribere huc verba placet:
Excellentissimus atqve Experientissimus Dn. JOHANNES BAC-
MEISTERUS Medicina D. & P. P. celeberrimus, Dn. Fautor, Col-
lega & Amicus meus, dum viveret, conjunctissimus, nunc eheu!
desideratissimus, insigne mihi aliisque eum invisentibus, Constan-
tia & Patientia, inter tot concurrentium malorum ægritudinum-
qve alternantium symptomata, exemplar, postquam aliquoties, du-
rante morbi vehementia mihi explicaverat desideria percipiendi
sacra mysteria Eucharistia ipsâ Dominicâ Septuagesimâ, præbiâ pec-
catorum ardentissimâ suorum confessione, summâ animi devotione
inter preces, suspiria & gratiarum actiones, corpore & sanguine Do-
mini Jesu Christi, meo ministerio, famem atqve sitim spiritu-
alem avidissime explevit, tantoqve gaudio per fusus est, ut vel ocu-
li lacrymas comprimere nequirent. Accessi post aliquoties virum, &
semper admirator tanta patientia discessi. XII. Februarii ab octa-
vâ in nonam & ferme decimam vespertinam deprehendi alterius
quidem oculi & sermonis usu destitutum; ceterum auditus benefi-
cio judiciiqve acumine integro præditum, & divino præprimis so-
latio, immotâqve fide in Jesum crucifixum oppido valentem
& auctum. Lingva Jesum loqui non poterat, ceterum ad au-
ditum nomen JESU, ἰλασµὸς pro peccatis universi mundi, caput, ma-
nus, oculos universumqve corpus ad devotionem & venerationem
componebantur; Jesum crucifixum vultu, gestu, corde loqueba-
tur, seqve in hoc fundamento totum niti & defigi, ægra manu scri-
pturâqve, quod solatium supererat, profitebatur. Tandem cum
XIV. Februarii, inclinato jam die denuò inviserem, Jesuqve
memoriam & meritum inculcarem, se totum in Jesu suo habere, in-
qve ejus vulneribus vivere & mori discupere, ad hortatus & in-
terrogata, compressione manus meæ, inter summas cordis angu-
stias, voce jamjam cessaturâ identidem proloquebatur, auditâ be-
nedictione, quam impertiebar, ultimâ, manibus in cælum, pro-
tensis

simas; in æstu Angustias concitante dulce refrigerium inventi;
 quia his viis patefieri sibi propiorem accessum ad Salvatorem
 hilari advertit; O igitur ad sis suspiravit, JESU, Medice mea a-
 nimæ; fac ut valere desinam, quò incipiam, fac langvere incipiã,
 quò desinam; jube, ut per mortis transeam vallem, quò in vitæ
 penetrem palatia! & euge! penetravit. Successit medela. Ju-
 bilat BACMEISTERUS à morbis à doloribus liber, quòs fen-
 sit ejulans in terris, morborum, dolorum aliàs & in ipsis pro-
 pulsator.


Quid superest? Ut solamine subvenias Tuò mœ-
 rentibus, ð DEUS. Et hic mundana nil efficient, sint effica-
 cia ceteroquv licet, emplastra. Tu, quod, ð Domine con-
 cussisti, sanare, tu, quod contrivisti, restituere potes! tuam
 protectionem, recreationem anxie expetunt plorantes; hanc ne
 denega! Ligamine succurre Tuò sauciis, Academicæq; saluti cõsu-
 le, ne intercidat, Tu, qui Medicus Medicorum! Hæ preces nostræ.
 Sed, dum suspiriis pro bono vigilamus Superstitum, est etiam
 ejus apud Vos, O CIVES Academiz inclitissimi, honoratiss. agen-
 da causa, cujus spectâstis hæctenus cursum per terrena hæc ad
 cœlestia; estis sollicitandi, ut frequentes sitis Funeris ad cu-
 bile suum deferendi Comites! Equidem nostrâ vix indigere vi-
 detur incessione is, cujus merita, nunquam satis memoranda,
 quemque Vestrum ad id officii instigant, ut tamen conflua-
 tis copiosiores, ideò compellamini à nobis quoque, ut pro-
 lixiori ordine has Exequias meritò solennissimas ornetis
 rogamini; à nobis qui & illud è Paulino Lipsiensium
 Templo cuilibet probè ponderandum
 suggerimus:


*Disce mori. Rapuit Medicos. Qui tutus ab illâ?
 Nemo, Viator! eris tu quoq; præda. Cave!*


P. P. sub Sigill. Rectorat. d. XXV. Febr. An.


M. DC. LXXXVI. Conveniemus in
 templo Mariano.


— (O) —











the scale towards document

ata Maritus. Hi sunt illi, in quos retulit
Noster, quorum semper memor, id sibi
se scivit, ut propriarum etiam augmento
em adhuc reddere clarissimam alias profa-
Tamen verò magnum est, abs magnis
ve hominibus suos natales derivare, tamen si
a Patria hanc lucem aspicere, suis eluce-
qualis erat Nostri, excellens Lunenburgum;
a sit certa nobis in tellure habitatio, cum
nò maxima dignitas, in Dei filiorum nu-
portuit τὴν μακαρίτην carnali natiuitate, ex
spiritu, ut summum omnium rerum Do-
appellare suum, Patriæque cœlestis certam
m sibi polliceri posset. Quo quidem in-
irio maximè atque salutari, tantum abest,
Optimi desiderari quicquam paterentur, ut
JOHANNIS gratioso, singularis divinæ gra-
onere, atque incitare vellent, ne unquam
cœlicum hunc thesaurum adamaret, æsti-
omississet porrò, quæ suarum esse partium
oli hujus in amplexibus sedulus Pater, nisi
7, videl. Jan. die Ann. 1626. tam dulci ere-
riduam Matrem curam devolvisset omnem,
imushic JOHANNES primum quadratam
finem perduxisset. Ita ne nôsse quidem
em esset cum annis ex asse redditurus. Quid
a Mater? Ad fratrem se confert Nobilissi-
IANUM KELLERMANNUM, J. C. cum
tochientem, abs quò & (utpote cœlibe per
è cum suis excepta paternæque sustentata
imprimis quod concernit, ut bonus in-
ris evaderet bonis, à teneris confestim
Præceptoribus ipsi prospectum privatis,
B è quibus